

## INCERTI AVCTORIS

fuerunt in his regionibus ; quarta fuit Afraniana ex Africa  
5 quam secum adduxerat ; reliquae ex fugitivis auxiliares  
consistebant† : nam de levi armatura et equitatu longe et  
virtute et numero nostri erant superiores

8 Accedebat huc, ut longius bellum duceret Pompeius, quod 5  
loca sunt edita et ad castrorum munitiones non parum  
2 idonea. Nam fere totius ulterioris Hispaniae regio propter  
terrae fecunditatem et non minus copiosam aquationem  
3 inopem difficilemque habet oppugnationem. Hic etiam  
propter barbarorum crebras excursions omnia loca quae 10  
sunt ab oppidis remota turribus et munitiombus retinentur,  
sicut in Africa, rudere, non tegulis teguntur ; simulque in  
his habent speculas et propter altitudinem late longeque  
4 prospiciunt. Item oppidorum magna pars eius provinciae  
montibus fere munita et natura excellentibus locis est con- 15  
stituta, ut simul aditus ascensusque habeat difficilis. Ita  
ab oppugnationibus natura loci distinentur, ut civitates  
Hispaniae non facile ab hoste capiantur ; id quod in hoc  
6 contigit bello. Nam cum inter Ateguam et Ucubim, quae  
oppida supra sunt scripta, Pompeius [ut] habuit castra con- 20  
stituta in conspectu duorum oppidorum, ab suis castris  
circiter milia passuum IIII grumus est excellens natura, qui  
appellatur Castra Postumiana : ibi praesidi causa castellum  
Caesar habuit constitutum.

9 Quod Pompeius, quod eodem iugo tegebatur loci natura 25  
et remotum erat a castris Caesaris, animadvertibat [loci  
difficultatem] et, quia flumine Salso intercludebatur, non esse  
commissurum Caesarem ut in tanta loci difficultate ad sub-